

difficilis occurfus, homicida, femper infanabilis, quae raptim illum ad portas orci transfert, interdum haec exitialis maligna femitertiana coma fomnolentum super ejus oculos fundit, perniciofum nimis. Vel a die decimoquarto totum ejus corpus gravi fpasmo in rectum ligat, quem Tetanum vocant rigidum, adfpectu terribilem, efficitque eum furdum, stupidum, & simul mutum, & adhuc prorfus jejunum ad diem usque vicesimum, quando eum vel deliberat, vel fero occidit frustra. Haec quae signa putrefactionis evidentia sunt, aut haec gravis occidit eum tamquam dyfentericum valde tarde, cum omnia fluida in visceribus jam putrefacta sint, propter remoram excretionis humorum bilioforum exitialium. Aliquando in frigidam diaram tertianam degenerat; quae facile diuturna evadens, tenera corpora juvenum, & mulierum mollium morbo tabido arefacit. Tales hujus gravis febris perniciosi exitus sunt; illi quidem acutiores, hi vero e contrario tardiores.

§. 7. Diebus autem judicatoriis quando benigna natura universos simul motus tanquam procellas penitus congregat, vimque fibrarum elasticam festinanter concitat, atque corpus & viscera intrinsecus omnia commovet,